Fragmentarium

In aduentu dñi. Dñica. I.

Ad te leuaui animam
meã deus meus in te con
fido nõ erubeſcam neqȝ
irrideant me inimici mei
etenim vniuerſi qui te expec
tant nõ confundentur. ps.
Vias tuas dñe demonſtra
michi et ſemitas tuas edo
ce me. Gl(ori)a pa. Kyriel.
Gloria in excelſis. nõ di.

Excita dñe queſum(us) potenciam tuam Collecta
et ueni. ut ab imminentibus pccõr nr̃orum
periculis te mereamur protegente [illegible] te liberan
te ſaluari. Qui cum patre. lcia. Ad Romanos
Fr̃es. Scientes quia hora eſt. iam nos de
ſompno ſurgere. Nunc enim propior eſt
nr̃a ſalus: quã cũ credidimus. Nox pceſſit:
dies autẽ appropinquabit. Abiciamus ergo



License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. Ser. n. 2742, Farbkeil – Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-8pkf/144/2442)